



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XIII. Contra fulminis impetum, ac tonitrus, firmissimum nobis
praesidium est, Salve Regina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MIRAC. VIRG. XIII.

*Contra fulminis impetum, ac tonitrus, firmissimum nobis
praesidium est, SALVE REGINA.*

Plus sacerdos, cuius singularis erga Virginem religio erat, quotidie SALVE REGINA recitās, in eā laudes conferre assueuerat. Forte salutātū ibat honestissimā mulierē, quae in solitudine sanctē, ac duriter uitam agebat. Statim aurem tonitru coelum cōcuti coepit; & fulgure, ac fulminib. ita omnia accendi uisa sunt; ut ulterius progrediendi facultas sublata esset. atroci tempestate percitus, ex templo se in proximum fanū contulit, ibiq; ante imaginem Virginis prostratus, eā obsecrauit; ut se ex illo periculo eriperet. liberali, ac diuina facie mulier inte reā aduenit; quae humanissimē ita allocuta est: quando, o pie sacerdos, tam saepē, tam sanctē, tam libēter SALVE REGINA, soles recitare; scito posthac, nihil tibi à tonitru, à fulgure, à fulmine, propter quae tantopere pauiras, esse metuendum. His dictis, è sacerdotis conspectu abiit. Ipse uerò se minimē continere poterat, quin omnib. palam tantum miraculum proferret. Atq; Angelorum reginam uerē piam, clementem, ac dulcem esse, re ipsa expertus est.



IM

MI-